

MG18  
A16

NICOLAS V, pape

## Résumé de la pièce

Rome,  
7 août 1453.

Nicolas V, serviteur des serviteurs de Dieu pour la postérité.

Volontiers il cherche à soulager les miséreux. Et il donne libéralement à ces fidèles dévoués à lui-même et à son Eglise: leurs innombrables services, dépenses et complaisances les lui recommandent de maintes façons.

Parmi ces bienfaiteurs affectionnés se trouve le noble gentilhomme Galeotto de Franciottis. Seigneur du prieuré ou château de Saint-Roman de Malegarde, diocèse de Vaison (France), il a naguère soumis une requête au pape. Son abbaye appartenait jadis à des Templiers hospitaliers de Saint-Jean de Jérusalem. Ils en furent privés quand Innocent VI ou son prédécesseur confisqua le monastère et le château de Valréas y rattaché. On attribua ces demeures et les lieux circonvoisins à Bertrand d'Aureille et à ses successeurs. Eux-mêmes devaient verser une prébende au recteur du prieuré. Mais la population desservie par lui en vint à diminuer de beaucoup: famines et pestes avaient sévi; une pauvreté extrême en était résultée. Aussi, par un acte officiel, le prieur Jean, évêque de Valence, délia-t-il du paiement de sa charge son maître Guillaume d'Aureille et ses héritiers. Il les obligea néanmoins à maintenir un pasteur au service des habitants d'alentour. Mais Galeotto ne peut plus retirer de ces indigents de quoi faire bien vivre un curé. Chichement entretenu, le prêtre néglige ses offices divins. Sans doute les rites seront-ils désertés par ceux qui reviendront habiter le château. C'est pourquoi Galeotto a réclamé au Saint-Père l'annexion de son église Saint-Roman au prieuré voisin de Roaix. Fusion que le pontife effectue à perpétuité par la présente bulle. Parchemin en latin.

Louis A. Chevrette  
Mars 1974

JAC

## EXPLICATION DES TERMES PLUS DIFFICILES

- 2 Galeotti de Franciottis  
Nom italien: Galeotto de Franciottis.
- 3 sancti Romani de Malagarda  
Nom de lieu: Saint-Roman-de-Malegarde (Voir Carte).  
Vasionen dioc(esis)  
Nom employé par la Curie romaine: diocèse de Vaison; aujourd'hui  
Vaison-la-Romaine (Voir Carte).
- 5 Vaulriacii  
Nom de lieu: de Valrêas (Voir Carte).  
de Auraica  
Nom de lieu: d'Aureille ou d'Aurel (en Vaucluse).
- 7 salmarum, génitif pluriel  
Nom de mesure de surface, de capacité et de poids, qui varie selon  
les régions. Ce terme est employé dans certaines régions d'Italie.  
bladi: de blé.
- 8 Johannes Episcopus Valentinen: Jean évêque de Valence (Départ. du Drôme)  
Valentinen: nom employé par la Curie romaine.
- 9 Comitatus Venayssini: du Comtat Venaissin  
"Le Venaissin, pays gallo-franc, à environ 11 km au SE de Carpentras  
(Voir Carte) et qui coïncidait avec l'ancien diocèse de Carpentras.  
Il comprenait la région de Carpentras, Pernes (Voir Carte), Venasque  
(Voir Carte) et le plateau de Vaucluse." Jean Moreau, Dictionnaire  
de Géographie historique de la Gaule et de la France. Paris, Picard,  
1972, p. 286-287.
- 16 de Roayssio  
Nom de lieu: de Roaix (Voir Carte).
- 19 Cette ligne contient la substance du document: unir pour toujours le  
Prioré de l'église de Roaix à l'église de Saint-Roman-de-Malegarde.
- 22 librarum Turonen parvorum: de petites livres tournois.  
"La livre était devenue une monnaie de compte, appelée livre tournois  
pour la distinguer de la livre de poids et des autres monnaies qu'on  
appela aussi du nom de 'livre'. Il y avait aussi la livre parisis  
(de Paris)..." Grand Larousse encyclopédique, 1963, to. 6, p. 801.

NICOLAUS V Servus Servorum Dei Ad Perpetuam Rei Memoriam

1 Ad ea per que ecclesiis ecclesiasticis personis que congruis facultatibus  
carere censentur revelaminis presidium proveniat salutare libenter intendimus  
illis quoque dexteram nostre liberalitatis porrigimus quos preclare erga nos et  
2 Romanam ecclesiam devotionis affectus multaque nobis et eidem ecclesie grata  
et accepta impensa obsequia apud nos multipliciter recommendant. Sane petitio  
dilecti filii Nobilis viri Galeotti de Franciottis domini Prioratus sive  
3 Castri sancti Romani de Malagarda Vasionen dioc(es)is nobis nuper exhibita  
continebat quod licet olim in quadam permutatione de Castro seu Prioratu  
huiusmodi quod antea ad nonnullos templarios sancti Johannis  
4 Jerosolymitani pertinebat ac illo suis culpis et demeritis exigentibus  
privati ipseque Prioratus seu Castrum Camere apostolice legitime confiscatum  
fuerat per felicis recordationis Innocentium Papam sextum predecessorem  
nim (nostrum immortalis memoriae) sive ipsius prede  
5 cessoris et Camere apostolice nomine pro certa parte Castri Vaulriacii  
cum nonnullis aliis locis circumvicinis ad quondam Bertrandum de Auraica  
spectantibus cum eodem Bertrando in evidentem ipius Camere utilitatem  
6 facta inter cetera etiam de ipsius Bertrandi consensu cautum fuisse dicatur  
quod ipse Bertrandus ad quem illud per huiusmodi permutationem pervenit  
et successores sui domini dicti Castri sancti Romani pro tempore existentes  
7 pensionem annuam Triginta salmarum bladi et Quatuor modiorum vini Rectori  
Prioratus sive ecclesie dicti Castri sancti Romani etiam pro tempore existenti  
ratione exercitii cure animarum dilectorum filiorum Incolarum et habitatorum  
8 ipsius Castri sancti Romani aut alias observandum inibi laudabiliter in  
divinis perpetuis futuris temporibus solve ternerentur, tamen postmodum

- bone memorie Johannes Episcopus Valentinus tunc pro eadem Romana  
9 ecclesia Rector Comitatus nri (nostri ?) Venayssini in quo dictum  
Castrum sancti Romani consistit attente premeditans quod tempore quo  
huiusmodi pensio constituta fuit prefatum Castrum sancti Romani multis  
incolis et habitato  
10 ribus affluebat sed deinde propter temporum malitiam ac plurimos sinistros  
eventus passim ad tantam desolationem pervenerat ut in eo plures quam  
Septem pauperes homines capita hospitiorum facientes non habitarent  
quodque fructus  
11 redditus et proventus dicti Castri sancti Romani necnon decime per eosdem  
Incolas persolvi consuecte adeo erant diminuti quod ex eis vix medietas  
dicte pensionis solvi poterat dictum Castrum sancti Romani necnon quondam  
Guillel  
12 mum de Auraica tunc illius dominum ac successores prefatos a solutione  
dicte pensionis auctoritate officii Rectoratus huiusmodi perpetuo liberavit  
eo tamen adiecto ut ipsi Guillelmus et successores eidem ecclesie sancti  
Romani  
13 per dominium (?) pbim (publicum ?) ydoneum deserviri facere laudabiliter  
in divinis dictoque presbitero de vite necessariis providere tenerentur  
prout in quodam instrumento publico ac litteris prefati Johannis Episcopi  
eius sigillo munitis superinde confe  
14 ctis dicitur plenius contineri. Cum autem sicut eadem petitio subiungebat  
fructus redditus et proventus etiam modernis temporibus propter guerrarum  
ac pestium turbines quibus partes ipse non modicum retroactis  
15 temporibus vexate fuerunt adeo tenues et exiles facti sint ut ex eis  
prefatus Galeottus dicto presbitero de vitae necessariis ut prefertur  
comode providere nequeant ob ipsamque causam minus laudabiliter inibi



in divinis serviatur ac plerique

16 qui ut verisimiliter creditur ad inhabitandum in dicto Castro sancti Romani  
libenter reverteretur propterea ab eorum preposito retrahantur et si Prioratus  
ecclesie loci de Roayssio etiam olim ad dictos templarios perti

17

18 uniretur ex hoc Rector ecclesie sancti Romani predicte laudabilius in  
divinis in eadem deservit ac exercitio que animarum prefatorum Incolarum  
intendere necnon ex utriusque ipsarum ecclesiarum fructibus decentius  
sustentari

19 valeret. Quare pro parte ipsius Galeotti fuit nobis humiliter supplicatum  
ut Prioratum dicte ecclesie de Roayssio predictum eidem ecclesie sancti  
Romani in perpetuum incorporare annectere et unire aliasque super huiusmodi

20 opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur de  
premissis plenam notitiam habentes necnon liberationem a pensione per  
Johannem Episcopum factam litterasque predictas auctoritate apostolica  
et ex certa scientia

21 confirmantes et approbantes ac omnes defectus si qui forsan intervenerunt  
in eisdem supplentes huiusmodi supplicationibus inclinati Prioratum  
ecclesie de Roayssio cuius qualitates presentibus haberi volumus pro  
expressis

22 cuiusque Vigintiquatuor librarum Turonen parvorum fructus redditus et  
proventus secundum communem estimationem valorem annum ut asseus (assentimus ?)  
non excedunt quos eadem Camera percipere et de quibus Decem libras huius

- 23 modi illius Rectori pro tempore existenti solvere consuevit annuatim  
cum omnibus iuribus et pertinentiis suis dicte ecclesie sancti Romani  
cuius fructuum reddituum et proventuum veros annuos valores etiam presen  
24 tibus pro expressis haberi volumus auctoritate et scientia similibus  
in perpetuum incorporamus annectimus et unimus ita quod liceat Rectori  
dicte ecclesie sancti Romani sive Galeotto prefato ipsius Rectoratus  
vel ecclesie no  
25 mine per se vel alium seu alios ex nunc corporalem possessionem Prioratus  
ecclesie de Roayssio iuriumque et pertinentiarum predictorum auctoritate  
propria libere et licite apprehendere et perpetuo retinere illiusque  
fructus redditus  
26 et proventus etiam reservata tamen dilecto filio moderno Rectori sive  
Priori dicte ecclesie sive Prioratus de Roayssio donec vixerit solita  
annua pensione in suos ac ecclesiarum sive Prioratus eorundem usus et  
utilitatem  
27 convertere Diocesani loci vel alterius cuiusvis licentia et assensu  
super hec minime requisitis. Non obstantibus Constitutionibus et  
ordinationibus apostolicis contrariis quibuscumque. Aut si aliqui  
super provisionibus  
28 sibi faciendis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis  
partibus spetiales vel generales apostolice sedis vel legatorum eius  
litteras impetrarint etiam si per eas ad inhibitionem reservationem  
et decretum vel alias quomodo  
29 libet sit processum quas quidem litteras ac processus habitos per easdem  
et quecumque inde ad ecclesiam seu Prioratum de Roayssio predictum  
volumus non extendi sed nullum per hec eis quoad assecutionem bene  
30 ficiorum aliorumque preiudicium generari et quibuslibet privilegiis

- indulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel spetialibus quorumcumque tenorum existant per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum
- 31 impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus quorumcumque totis tenoribus (temporibus ?) de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio spetialis. Volumus autem ac Galeotto successoribusque predictis eadem auctoritate concedimus
- 32 quod quamprimum assecutio possessionis huiusmodi in toto vel in parte facta fuerit Galeottus et successores prefati Rectori dicte ecclesie sancti Romani de quovis subsidio providere minime teneantur nec ad id  
inviti
- 33 valeant coarctari. Et nichilominus eidem Galeotto sue persone duntaxat occasione ac heredibus et successoribus suis circa tutelam et adiacentiam ecclesie sancti Romani et Prioratus de Roayssio huiusmodi diligentius
- 34 plenus ius patronatus in sancti Romani ac Prioratu de Roayssio eccles... Nos motu proprio ac scientia et auctoritate predictis de spetiali gratia donamus concedimus et perpetuo reservamus Constitu
- 35 tionibus apostolicis ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque.
- 36 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam confirmationis  
approbationis incorporationis annexionis unionis voluntatis  
donationis concessionis reservationis et decreti infringere vel ei ausu
- 37 temerario contraire. Si quis autem hec attemptare presumpserit indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum se noverit incursum.  
Datum Rome apud Sanctumpetrum
- 38 Anno Incarnationis dominice Millesimoquadringentesimo<sup>quinquagesimo tertio</sup>~~tertio~~ Septimo Idus Augusti Pontificatus nostri Anno Septimo.